



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 85. Res Daniæ & Sueciæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. A.C. 1520. textus adulteratur, modoque Sacris literis vel maxime contrario, & Summo Pontifici valde injurioso explicat, demum vero quidquid S. Propheta de regno Antichristi vaticinatur, Lutherus Pontifici affingit.

§. LXXXV.

Res Daniæ & Sueciæ.

David Chytræus Chron. Saxon. 1520. l. 9. Comm. Jac. Ziegleri in tom. 3. rer. Germ. edit. Freher. Leunclav. l. 17. & Pand. §. 215.

Sub idem tempus Stenon Suecorum Gubernator collectis omnibus factionis suæ viribus Christiernum II. Daniæ Regem, qui Sueciam subigere tentabat, oppugnare aggrediebatur. Anceps aliquamdiu hærebat Sueciæ fatum, cum utriusque partis animos par utrinque furor atque indignatio accenderet; tandem vero Stenonis obitus Danis victoriam contulit. Hic enim inter primos ordines dimicans, suos efficacius exemplo, quam verbis hortabatur; cum vero ferore per tormenti globum avulso vulneratus, Stockolmiam deferretur, hoc anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo die secunda Februarii in itinere mortuus est. Illius fato Suecorum exercitus, cum nonnisi pro Ducis sui gloria certaret, animo fractus, nil amplius tentabat, ac jamjam Stenone e castris portato, ferme omnes fuga dispergebantur, unde Daniæ Rex stationem in acie victor

victor tenuit, atque Archiepiscopum Upsalensem suæ Sedi restituit, ab eo in Regem proclamatus, adjecta tamen bina hac conditione, Suecis ita exigentibus. I. Ut novus Rex Catholicam fidem adversus ejusdem hostes tueretur. II. Ut omnium præteritarum injuriarum, ac hostilitatum ultro citroque perpetratarum plenam omnino veniam cunctis, nullo excepto, concederet.

§. LXXXVI.

Stockolmia a Christierno II. Danice Rege occupata.

Ceterum Christina dolori, quem ob Ste-
nonis Mariti sui mortem concepit, non adeo impotenter indulserat, ut pro-
lium suarum rebus prospicere oblivisce-
retur; quippe Sigismundum Poloniae
Regem quantocius inducebat ad ferendas
militum suppetias, ut vero Regis præsi-
dium sibi eo certius redderet, tanquam
futuræ amicitiae gratique animi pignus,
gemmas diademati olim affixas eidem
transmisit: Ast Sigismundus nativæ in-
dolis vitio ignavus, Nobilium consensum
necdum accessisse obtendebat, illumque
obtinere tamdiu cunctabatur, donec Da-
niæ Rex ad complendum victoriæ suæ
cursum sufficiens nancisceretur spacium.

*Jos. Magus.
hist. Suec.*

lib. 34.

De Thon hist.

lib. I.

Unde præcipuæ urbes Christierno por-

N n 3

tas